UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Vtrum correctio fraterna sit in præcepto.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72780

Visual Library

## Articvlvs primvs.

*Vtrum fraterna correctio ſit in præcepto.*

QVaestio eſt de correctione fraterna. Et
primo quæritur, vtrũ ſit in præcepto. Et vi-
detur quòd non. Præcepta enim diuina
non ſunt ſibi contraria: ſed inuenitur præceptum
diuinum de arguendo peccatorem. Dicitur.n.Pro
uerb.9. Noli arguere deriſorem, ne oderit te. ergo
correctio fraterna non cadit ſub præcepto. Sed di-
cẽdum, ꝙ ibi prohibetur redargui deriſor qui cor-
rectionem cõtemnit, & ſic ex ea deterior efficitur.

¶ 2 Sed contra, Peccatum eſt infirmitas aĩæ ſecun-
dum illud Pſal.5. Miſerere mei dñe quoniã infirmus
ſum: ſed ille cui imponitur cura infirmi, etiam pro-
pter eius cõtradictionem vel contemptũ nõ debet
prætermittere: quia tunc eſt maius periculũ qñ me-
dicinam contemnit: vnde medicus furioſum ſata-
git curare. ergo multo magis ſi homo tenet̃ curare
fratrem delinquẽtem corripiendo, quantumcũque
contemneret, non eſſe correctio prætermittenda.

¶ 3 Præt. Præceptum diuinũ nõ eſt p̃termittẽdum
propter alterius contẽptum: veritas.n. vitæ non eſt
dimittenda propter ſcãdalum, vt per Hieron. patet.
Si igitur correctio fraterna caderet ſub p̃cepto, nõ
eſſet prætermittenda propter contemptũ alterius.

Gloſ. ordin. Matth.10. ſuper illud Phariſ. ſcandalizati ſũt tom.9.

¶ 4 Præt. Non ſunt facienda mala, vt veniant bo-
na, vt patet per Apoſtolum Rom.3. ergo pari ratio-
ne non ſunt prætermittenda bona ne veniant ma-
la. Si ergo correctio fraterna eſſet bonum ſub præ-
cepto cadens, non eſſet prætermittẽda propter ma
lum ſcandali, vel contemptum eius qui corrigitur.

¶ 5 Præt. In noſtris operibus quantũ poſſumus, de-
bemus Deum imitari, ſecũdũ illud Epheſ.5. Eſtote
imitatores Dei ſicut filij chariſſimi: ſed Deus non
prætermittit bonum, ſ. infuſionem animæ rationa-
lis, quamuis ſequatur inde infectio damnabilis ori-
ginalis peccati. ergo ſimiliter homo non debet prę
termittere bonũ correctionis, q̃uis ſequat̃ inde cõ-
tẽptus vel deterioratio eius, ſi caderet ſub p̃cepto.

¶ 6 Præt. Dominus dicit Ezech.3. Si annunciaueris
impio, & ille nõ fuerit conuerſus ab impietate ſua,
ipſe quidem in iniquitate morietur, tu autem ani-
mam tuam liberaſti. ergo nõ eſt prætermittẽda cor
rectio, etiam ſi ille qui corripiendus eſt, per corre-
ctionem non emendetur.

¶ 7 Præt. Vtilior eſt correctio delinquẽtis q̃ eius pu
nitio: ſed iudex non dimittit punire delinquentem
propter hoc, ꝙ ex pœna nõ emendatur. ergo etiã ſi
correctio fraterna caderet ſub præcepto, nõ debe-
ret aliquis prætermittere correctionẽ, propter con
tẽptum, vel ſcandalum eius qui corrigitur. nõ ergo
vr̃, quòd correctio fraterna cadat ſub præcepto.

¶ 8 Præt. Præceptũ diuinum nõ obligat ad impoſſi
bile. Sed corrigere oẽs delinquentes eſt impoſſibi-
le, quia Stultorum infinitus eſt numerus, vt dicitur
Eccle.1. ergo correctio fraterna non cadit ſub præ
cepto. Sed dicendum, ꝙ non tenetur homo corri-
gere niſi illos, qui ſibi occurrunt corrigendi.

¶ 9 Sed contra, Si correctio fraterna eſt in præce-
pto, ſequitur ꝙ ex tali præcepto homo cõſtituatur
debitor fratris, vt eum corripiat: ſed homo qui dẽt
alicui aliquod debitum corporale, non debet expe
ctare, ꝙ ſibi occurrat, ſed debet eum quærere vt ei
reddat qđ debet. ergo multo magis ſi correctio fra-
terna eſſet in p̃cepto, deberet homo quærere eum
quẽ corrigeret, & non expectare, vt ei occurreret.

¶ 10 Præt. Si correctio fraterna eſſet ĩ p̃cepto. ergo
F omiſſio correctionis indebita eſſet peccatũ morta
le: hoc autẽ eſt falſum, cũ talis negligentia ẽt in ſan
ctis viris interdũ inueniat̃. Dicit.n. Aug. in 1. de ciuit.
Dei; ꝙ non ſolũ inferiores, verũ ẽt q̃ ſuperiorẽ vitæ
gradum tenẽt ab aliorũ reprehenſione ſe abſtinẽt,
ꝓpter quædã poteſtatis, vel cupiditatis vincula, non
propter officia charitatis: non itaque mihi videtur
parua eſſe hæc cauſa, quare cum malis flagellantur
& boni. nõ ergo correctio fraterna eſt in pręcepto.

¶ 11 Præt. Aliq̃s præceptũ tranſgrediẽs mortaliter
peccat, licet nõ immediate contra charitatẽ faciat,
ſicut Bernardus dicit, ꝙ in Petro negãte Chriſtum
non fuit charitas extincta. Si ergo correctio frater-
na eſſet in præcepto, prætermittens correctionem
G mortaliter peccaret, etiã ſi non ex contemptu hoc
faceret, quaſi immediate contra pręceptum agens.

Gloſ. ... ord.

¶ 12 Prę. Omnia pręcepta legis diuinæ ad præcepta
Decalogi reducuntur: ſed correctio fraterna nõ ca
dit ſub aliquo p̃cepto decalogi, vt patet diſcurrẽti p
ſing. ergo correctio fraterna nõ cadit ſub p̃cepto.

Idẽ 4. diſt. 19 art. 2. 3. q. 33.

¶ 13 Præt. Ea q̃ cadunt ſub p̃ceptis diuinis, ſunt effi
cacia ad finẽ cõſequẽdum: ſed admonitio fraterna
nõ eſt aliq̃d ſufficiens ad emendationẽ eius, neque
ſermo ammonitorius eſt efficax ad hoc, vt Philoſ.
dicit in 10. Ethic. Et Eccl.7. dicitur, Conſidera ope-
ra Dei, quòd nemo poſſit corrigere, quem ille de-
ſpexerit, ergo fraterna correctio non eſt in p̃cepto.

Lib. 2. ... c. 4. in

¶ 14 Pręt. Nemo debet ſe intromittere de illis, que
nõ ſunt ſui arbitrij. Sed ſi peccauerit hõ in Deũ, nõ
eſt nr̃i arbitrij, vt Hieron. dicit ſuper Matth. ergo in
H talibus non debet homo ſe intromittere. Et ita cor
ripere fratrem non cadit generaliter ſub præcepto.

Cap. 1. ... medium

¶ 15 Præt. Nullus excuſatur ab obſeruãtia pręcepti
propter peccatũ: ſed homo peccator nõ dẽt alium
corrigere. Dicit.n. Iſido. in lib. de ſummo bono, q
non dẽt vitia aliorũ corrigere, q̃ eſt vitijs ſubiectus.
ergo admonitio fraterna non cadit ſub præcepto.

¶ 16 Prę. Nullus acquirit ſibi damnationem ex ob-
ſeruantia diuini pręcepti: ſed quidam acquirunt ſibi
damnationem alios corripiendo, ſecundum illud
Rom.7. In quo alios iudicas, te ipſum condemnas.
ergo correctio fraterna non eſt in pręcepto.

¶ 17 Pręt. Nullus debet ſibi vſurpare qđ non eſt ſui
officij, ſecundum illud 2. Cor.10. Nos autem nõ in
immenſum gloriamur, ſed ſ̃m regulã menſurę, qua
menſus eſt nobis Deus: ſed corripere delinquentes
I vr̃ eſſe ſuperioris officiũ, q̃a ẽt in corpore humano
ſuperiora membra mouent inferiora, & in vniuer-
ſo ſuperiora corpora, inferiora. ergo alij qui non
ſunt p̃lati, non tenentur ad correctionem fraternã.

¶ 10 Pręt. Illud quod debemus impendere p̃ximis
ex debito charitatis, omnibus eſt impendendũ: ſed
correctio non eſt omnibus impendenda: dr̃ enim
1. ad Tim.4. Seniorẽ ne increpaueris: vbi dicit Gloſ.
ne indigne ferens ſe à minori corripi exaſperetur:
vnde & Diony. Demophilum monachum repre-
hendit, quòd ſacerdotem correxerit. non ergo cor
rectio fraterna cadit ſub debito charitatis.

Cap. 3. ... med.

K ¶ 19 Pręt. Præcepta diuina ordinantur ad charitatẽ
& pacem, ſecundum illud 1. ad Tim.1. Finis pręcepti
charitas eſt: ſed per correctionẽ fraternam frequen
ter perturbatur charitas & pax, ſecundum illud Te-
rentij, Veritas odium parit. ergo correctio fraterna
non eſt in pręcepto.

Sed contra, eſt ꝙ Aug. dicit in lib. de Verb.
do. Si neglexeris corrigere, peior eo factus es q̃ pec-
cauit: ſed ille q̃ peccauit, fecit cõtra præceptũ. ergo
ille

ille qui negligit corrigere facit contra præceptum, A
& ita correctio fraterna cadit ſub præcepto.
¶2 Præt. Matt. 18. ſuper illud, Corripe illum inter te
Gloſ. ordi. ibid. & ipſum, dicit Glo. Ita peccat qui vidē fratrem ſuū
peccaſſe & tacet, ſicut ſi peccanti non indulget: ſed
ille qui peccanti non indulget, facit contra p̄ceptū.
ergo ille qui non corrigit, facit contra præceptum.
¶3 Præt. In impletione p̄cepti charitatis debemus
Deo conformari ſecundum illud Eph. 5. Eſtote imi
tatores Dei ſicut filij chariſſimi: ſed ſicut dicit̄ Prou.
3. Quos diligit Dominus corripit. ergo cum nos
teneamur ex præcepto Domini diligere, videtur ꝙ
ex præcepto debemus fratres corrigere.
¶4 Præt. Eccle. 17. dicitur, quòd Vnicuique manda B
uit Deus de proximo ſuo curam habere. ergo ſub
præcepto cadit, ut homo curam apponat ad ſalu-
tem proximi, corrigendo ipſum.

Idē 4. ſeri. diſt. 19. q. 2. art. 2. Et 2. 2. q. 33. ar. 2. Respon. Dicēdum, quòd correctio fraterna ca
dit ſub præcepto. Cuius ratio eſt, quia ex præcepto
tenemur ad dilectionem proximi. Dilectio autem
in ſe includit, ut homo velit ei bonum quē diligit:
hoc eſt enim amare aliquem, velle ei bonum, vt di-
cit Phil. in 2. Metaph. Et quia carere malo habet ra-
Lib. 2. Reth. c. 4. in prin. tionem boni, vt dicitur in 5 Eth. inde eſt quòd ad ra
tionem pertinet dilectionis, vt etiam velimus mala
dilectis noſtris non ineſſe: voluntas autem efficax
non eſt nec vera, ſi opere non comprobetur: vnde
etiam ad rationē dilectionis pertinet vt ad amicos
bona operemur & mala eorum impediamus, vt di C
Cap. 1. circa medium. citur in 9. Eth. Et 1. Io. 3. dicitur. Non diligamus ver
bo neque lingua, ſed opere & veritate. Triplex au-
tem eſt hominis bonum, & triplex malum ei oppo
ſitum. Eſt enim quoddam bonum hominis in exte-
rioribus rebus conſiſtens, quod eſt minimum bo-
nū, & in hoc bono tenetur homo ſubuenire pro-
ximo per eleemoſynæ corporalis largitionem. Di-
citur enim 1. Io. 3 Qui ſubſtantiam huius mundi ha
buerit & viderit fratrem ſuum neceſſitatē habere,
& clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas
Dei manet in illo? Et pari ratione tenetur homo ꝓ-
ximo auxilium ferre contra damna tēporaliū rerū:
vnde p̄cipitur Deut. 22. Non videbis bouem & ouē D
fratris tui errantem & præteribis, ſed reduces fratri
tuo. Aliud bonum hominis, eſt bonum corporis,
in quo debet ēt homo homini auxiliari, & contra
contrarium malum auxilium ferre. Dr̄. n. Prou. 24.
Erue eos qui ducuntur ad mortem, & qui trahunt̄
ad interitum, liberare ne ceſſes. Tertium autem bo
num eſt bonum virtutis, quod eſt bonū animæ, cui
contrariatur malum pcti̅. Ad hoc autē bonum cō-
ſequendum uel malum uitandum, tāto magis tene
tur homo ex charitate ꝓximo auxilium ferre, quan
to magis pertinet ad rōnem, quare aliquis ex chari
Cap. 3. circa med. tate diligitur: vnde & Phil. dicit in 9. Eth. quòd tāto
magis debet homo ferre auxilium amico ad uitan-
dum peccata, quàm ad vitādum damnum pecuniȩ, E
quanto uirtus affinior eſt amicitiæ. Et ideo tenetur
homo ex p̄cepto dilectionis, ut proximo auxilium
ferat ad uirtutē conſequendam, dādo ei conſilium,
& auxilium ad bene agendum, ſm illud Eſa. 35. Cō
fortate manus diſſolutas & genua debilia robora-
te. Dicite: puſillanimes cōfortamini, & nolite time-
re. Et propter hoc ex præcepto dilectionis tenet̄ ho
mo fratrem in peccato exiſtentē a peccato retrahe
re corrigendo, ſecūdum illud Theſſ. 5. Corripite in-
quietos, cōſolamini puſillanimes. Et hinc eſt quòd
dominus Matth. 17. mandauit. Si peccauerit in te

A frater tuus corripe eum. Sic ergo correctio frater-
na cadit ſub præcepto: ſed notandum eſt quòd per
præcepta affirmatiua præcipiuntur actus virtutum.
per præcepta autem negatiua prohibentur actus vi
tiorum. Illud autem quod eſt ſecūdum ſe vitioſum
& peccatum, qualitercumque fiat, eſt malum, quia
contingit ex ſingularibus defectibus, vt Diony. dicit Parte 4. a med. illius.
4. capite de Diuinis nomi. Et ideo illud quod prohi
betur præcepto negatiuo, a nullo, nec aliquo mo-
do faciendum eſt. Præcepto autem affirmatiuo prȩ
cipitur actus virtutis. Ad cuius rectitudinem multæ
circunſtantiæ concurrunt, quia bonum conſurgit
ex vna & tota cauſa, ſicut Dionyſ. dicit 4. cap. de Di- Parte 4. a med. illius.
B uin. nomi. vnde illud quod cadit ſub præcepto affir
matiuo, non eſt pro omni tp̄e, & quolibet modo
obſeruandū: ſed ſeruatis debitis conditionibus, &
perſonarum, & locorum, & cauſarum, & tēporum.
Sicut honor parentibus nō eſt exibendus quolibet
tp̄e, aut loco, aut quolibet modo, ſed ſeruatis debi-
tis circūſtātijs, ita ēt correctio fraterna ſub p̄cepto
cadit ſm debitas circunſtātias, ſm ꝙ eſt actus virtu-
tis: has autē circunſtātias determinare ſermone nō
eſt poſſibile, eo ꝙ eorum iudicium in ſingularibus
conſiſtit, & pertinet ad prudētiam, vel experimēto
& tempore acquiſitā, vel magis infuſam ſecundum
illud 1. Ioan. 3. Vnctio docebit vos de omnibus.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ inter alias circun
ſtantias, quæ requiruntur ad actum virtutis, iſta vr̄
C eſſe præcipua, vt actus ſit proportionatus fini, quē
virtus intendit. Charitas autē intendit in corrigēdo
delinquētem, emendationē: vnde actus nō eſſet vir
tuoſus ſi homo ſic corrigeretur, & inde efficeretur
deterior. Et ideo ſapiens dicit. Noli arguere deriſo-
rem. Non. n. eſt timendum, vt Gloſſ. dicit ne tibi de- Glo. ordin. ibid.
riſor cū arguit, contumelias inferat: ſed hoc potius
prouidendum ne tractus ad odium, inde fiat peior.

Ad secvndvm dicēdum, ꝙ duplex eſt correctio
delinquētis: vna quidē per ſimplicē admonitionē, &
hæc eſt fraterna correctio, & nō habet locum, niſi
in illis de quibus præſumitur, ꝙ propria voluntate
admonitioni cōſentiāt. Alia vero eſt correctio ha-
D bens vim coactiuam per inflictionē pœnarū, vt Phi Cap. vlt.
loſo. dicit in 10. Ethic. & talis correctio pertinet ad
prælatos, qui etiam contēnentes a periculo peccati
ſtudere debent, vt liberēt, ſicut medicus furioſum
ſtudet ſanare ligando & verberando eum.

Ad tertivm dicēdū, ꝙ præceptū diuinū non eſt
prætermittendum ꝑꝑ ſcandalum alterius: ſed ipſa
correctio fraterna nō cadit ſub præcepto diuino,
niſi ſecundum ꝙ eſt emendatiua fratris, ad quod re
quiritur vt ſit ſine ſcandalo eius, ratione iam dicta. In corp. art.

Ad qvartvm dicendum, ꝙ ſicut iam dictum eſt,
mala ſunt omnibus modis vitanda. Et ideo nullo
modo ſunt mala faciēda ad hoc, ꝙ aliqua bona pro
ueniant. Sed bona non ſunt omnibus modis facien
E da. Et ideo interdum ſunt aliqua bona intermitten
da, vt aliqua magna mala vitentur. Et tamen corre-
ctio proximi non eſt ſimpliciter bonum, niſi adhi-
bitis debitis circunſtantijs, vt dictum eſt. In corp. art.

Ad qvintvm dicendum, ꝙ naturalia præſuppo-
nunt̄ moralibus, & ideo infuſio aı̄æ, quæ eſt quod-
dā bonum naturæ, nō debuit prætermitti a Deo ad
vitandum defectionē culpæ: ſicut nec homo debet
ſe priuare ſuſtentamento vitæ, vt vitet peccatū: ſed
aliquod bonum morale debet interdum omitti ad
vitandum aliud grauius malum morale.

Ad vi. dicēdū, ꝙ ſicut Aug. dicit ī lib. de Verbis



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Domini. Longe grauiorē habent pœnā Eccleſiarū p̄poſiti, q in Eccleſijs conſtituti ſunt, vt non parcant obiurgãdo peccata, q a ad eos pertinet nō ſolū charitatiua correctio, ſed ē continua. Et ad tales dn̄s ibi loquitur per Prophetā: vn̄ parū ante præmittit. Fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael.

Ad septimvm dicēdū, ꝙ iudex in puniēdo intendit principaliter bonum cōe, quod prouenit multitudini ex punitione illius, ē ſi ille non emendetur, ſecundum illud Prouer. 19. Peſtilente flagellato, ſtultus ſapiētior erit: ſed fraternæ correctionis finis eſt emendatio eius qui corripitur, vnde non eſt ſimile.

In corp. ar. Ad octavvm dicēdū, ꝙ ſicut dictū eſt, correctio fraterna cadit ſub p̄cepto ſeruatis debitis circūſtantijs pſonarū, locorū, & tēporum, ſicut ē & corporalis eleemoſyna. Bn̄ficia autē ſpiritualia ſeu corporalia ſunt ꝓximis impēdēda ordine quodā, vt. ſ. primo impēdanſ his, q magis nobis cōiuncti ſunt, ac ſi in ſortē nobis eueniret eis ꝓuidere, vt Aug. dicit in Ench. deinde prouidēdū eſt alijs ſecundū ꝙ opportunitas occurrit. Et ſic patet, ꝙ præceptū de correctione fraterna nō obligat ad impoſſibile, ſicut nec præceptum de eleemoſynis corporalibus dandis.

Lib. 1. de doctri. chriſt. c. 28. in princ. tom. 3.

Serm. 16. in prin. to. 10. Ad nonvm dicēdum, ꝙ ſicut Aug. dicit in lib. de Verbis dn̄i, admonet nos dn̄s noſter, nō negligere inuicē peccata noſtra, nō quærēdo quid reprehendas, ſed vidēdo quid corrigas: vnde ex p̄cepto correctionis fraternæ non tenemur inquirere peccata aliorum, vt poſſimus ea corrigere. Alioquin efficeremur exploratores vitæ aliorum, cōtra illud qđ dr̄ Prouer. 24. Ne quæras impietatē in domo iuſti, & nō vaſtes requiem eius: nec eſt ſimilis rō de debito corporali: quia hoc eſt quiddā determinatū, qđ debetur certe perſonæ, & certo tēpore, quod nō accidit circa correctionem fraternam, vt dictum eſt.

In corp. art. Ad x. dicēdum, ꝙ aliqs pōt omittere correctionē fraternā tripliciter. Vno qdē modo abſq; omni peccato: quia vt Aug. dicit in 1. de ciuit. Dei. Si propterea quiſque obiurgandis & corripiendis male agentibus parcit, quia opportunum tempus inquirit, vel eiſdē ipſis metuit ne deteriores ex hoc efficiantur, vel ad bonā vitā & patientiam erudientes impediant alios infirmos, & pręmant atq; auertant a fide, non vr̄ eſſe cupiditatis occaſio, ſed cōſilium charitatis. Alio modo, ſicut cū delectat lingua blandiens, & humanus dies, & formidatur vulgi iudiciū, & carnis excruciatio vel peremptio, quę quidē ſi ſic teneātur in animo, vt præponantur charitati fratris, eſt peccatum mortale. Tertio modo, poteſt eſſe cū peccato veniali, puta cum iſta mouerent animum, non quidē vt præponātur proximi charitati, ſed vt negligentes reddātur ad conſiderādas circunſtātias & opportunitates, in quibus corrigere tenentur.

Cap. 9. parū ante mediū tom. 5.

Ad xi. dicendum, ꝙ quicunque mortaliter peccat, immediate contra charitatem peccat, quia facit illud quod eſt contrarium charitati. Tamen proprie loquendo non ſemper directe contra charitatem peccat, ſed ſolum tunc, ꝙ intēdit cōtra charitatē agere, vt cōtingit in his, qui ex malitia peccant.

Ad xii. dicendum, ꝙ ad præceptum de honore parentū reducuntur præcepta de beneficijs impendendis, quibuſcumq; proximis: ponitur autē expreſſe de honore parentum, quia hoc cadit ſtatim in ratione cuiuslibet, non autem ſic de alijs beneficijs.

10. Ethico. c. 9. non p. o cul a nne. Ad xiii. dicēdū, ꝙ ſermo admonitorius nō eſt ſufficiēs ſecūdū Philoſ. quātū ad eos q ſunt duri & ſeruilis animi. Et hi ſunt, q ex admonitione fiunt dete-

F riores, q ſunt cōpeſcēdi p correctionē coactiuā pla torū, q̄ ē correctio nō ſufficit ſine diuino auxilio.

Ad xiiii. dicendū, quod peccata in Deum non ſunt noſtri arbitrij ad dimittendum, ſunt autem noſtri arbitrij ad arguendum.

Ad xv. dicendum, quod homo propter peccatū ſuum non abſoluitur a debito correctionis, ſed redditur indignius ad alium corrigendum, qui ſeipſum non corrigit: nec tamen eſt perplexus, quia debet peccatum dimittere, & ſic corrigere ſecundum illud Matt. 7. Eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere feſtucam de oculo fratris tui.

Ad xvi. dicēdum, ꝙ ſp ille q corripit aliū in pctō exiſtēs, quodāmodo cōdēnat ſeipſum, i. dānationē ſuā pronuntiat: nō tn̄ ſp ſibi dānationē accumulat,
G puta, cū eſt in minori pctō, & arguit de maiori, vel cū eſt in occulto & arguit de publico, & ſe ſimul & illū arguit, nō contēnendo, ſed ſe ſimul reprehēdēdo: dicit. n. Greg. in 5. Mor. ꝙ cū homo debeat diligere proximum ſicut ſeipſum, ita teneſ aliena pctā corrigere, & cōtra ea iraſci ſicut ſua. Si vero cum ſuperbia arguat, quaſi ſua pctā nō recognoſcēs, tunc ſibi damnationem acquirit: vnde dr̄ Matth. 7. Qui vides feſtucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? ſed etiam quando ex correctione ſequitur ſcandalum propter manifeſtationem ſui peccati, ſic etiā correctio non erit actus virtuoſus.

Ad xvii. dicēdū, ꝙ correctio coactiua eſt officiū ſupiorū: ſed correctio charitatiua eſt officiū om

Ad xviii. dicendum, ꝙ cum ſuperiores ſint pro-
H ximi eos corrigere debemus, ſed humiliter & reuerenter, non proterue, ne exaſperentur. Et ideo bīc dicit Apoſtolus. Seniorem obſecra ut parēt. Et propter hoc reprehenditur Demophilus monachus, qui ſacerdotem peccantem iniurioſis verbis & factis correxit, eum verberans & de eccleſia eijciens.

Ad xix. dicēdū, ꝙ ſi correctio ſm̄ debitas circunſtantias fiat, nō ſequetur inde turbatio, ſed potius pacis ſtabilimentum, remotis diſcordiarum cauſis.

## Articvlvs II.

*Vtrum ordo correctionis fraternæ ſit in præcepto.*

Secvndo q̄rit, vtrū ordo correctionis fraternæ ſit in p̄cepto, q ponit Matth. 18. Et vr̄ q nō. Dicitur enim 1. ad Tim. 5. Peccātem corā omnibus argue: ſed Matt. 18. dr̄. Argue eum inter te & ipſum ſolum, quod eſt ſecrete admonere. Cū ergo dict
I Apoſtoli non contrarietur præcepto Chriſti, vr q non cadat ſub præcepto, vt frater ſit prius ſecrete admonendus, & poſtea publice denuntiādus eccleſiæ. Sed dicendum, quòd verbum apoſtoli intelligitur de peccatis manifeſtis, quæ publicè arguenda ſunt, verbum autem domini de peccatis occultis.

¶ 2 Sed contra, Peccata occulta nullus debet publicare: ſic enim eſſet magis proditor criminis, quam corrector fratris: ſed dominus mandat, Matt. 18. q ſi frater monentem in ſecreto non audiat, adhibeat vnū vel duos teſtes, & tandem dicat eccleſiæ, quod eſt peccatum publicare. ergo videtur ꝙ præceptum
K domini non ſit intelligendum in peccatis occultis.

¶ 3 Pręt. Sicut Aug. dicit 8. de Trin. Omnes regulæ veritatis deriuanſ a lege veritatis æternę: ſed lex veritas ęternę hoc habet, quòd Deus non ſolum p nit hominē de peccato occulto, ſed ē punit dum nulla ſecreta admonitione pręcedente. ergo videtur quòd etiā homo, qui diuinę veritatis imitator exiſtere, poſſit publice aliquem denuntiare, ſecreta etiam monitione non pręcedente.

¶ 4 Pręt.